

strat. Refert deinde ejus doctrinam fuisse doctorum virorum oculis subjectam; inde recensitum Mansii tractatum ad sacram Indictis Congregationem delatum dignum esse habitum procriptione (1). Hac cum non bene legisset P. Sartefchius, dum Concinam falsitatis mittitur expostulare, duo ipse mendacia scribit (2). Primum mendacium est: Concinam libellum Mansii sacra Indictis Congregationi denuntiavit, ut Sartefchius putat; alter enim id prestitit, quemadmodum Concina ipse eidem Sartefchio significavit (3). Secundum mendacium est Concinam eo loci scripsisse Mansii Tractatum fuisse damnatum; id enim unum asseruit, illum procriptione dignum fuisse iudicatum, nec minimum sollicitus, cur non id postea contingerit. Differunt autem haec duo inter se plurimum: Opus aliquod fore dignum procriptione, & revera configi anathemate. Sed ad propositum redeamus. Concina postquam eo toto Paradoxo V. Mansii doctrinam expoluisse, atque castigasse, ejusdem latinam ad se datam epistolam refert, & subjectis brevibus enarrationibus nec inurbane nec inrudite perstringit. Inde animadversiones suas in *Leccii & Bovii* (4) libros proponit, easque subiungit, quas in *Trevolarum* Ephemeridum scriptores paraverat, adversus quos extat: *Addizione di alcune brevi Osservazioni sull' Estratto, che è RR. PP. Trevolariani hanno fatto del Libro del P. Millante intitolato: Vindicta Regalarum &c.* Haec sunt, quae Concina complexus est in *quatuor Paradoxorum* libro, qui inter illustriora, ac maxime nostra aetate peropportuna opera merito recensetur. P. Jacobus *Santivulsi*, ac prae senescente, atque oculorum infirma acie hujus Concinae Operis splendorem ferre non posset, Lucem edidit opellam hic incertam: *Paradossi veri contrapposti al libro intitolato: Esplicatione di quatro Paradoffi*, qui sono in voga nel nostro secolo. Rifflessioni sopra le avvertenze e dissertatione contrapposte alla Storia del Probabilismo. In Aquileja MDCCCLVI. Concina interim libro ubique vulgato, fam-

- (1) §. XXIII. (2) De Scripturibus Congregationis Clericorum Regul. Matris Dei p. 354. (3) Vide §. III. Appendicis ad Librum inscriptum: De Teatri Moderni ec. pag. 359. (4) Profundam et doctam, ut P. Francisci Zachariae verbis utar, P. Bovii Dissertationem egregie exagavit Petrus Ballerinus in Moralium Actionum Regula, edita Venetiis apud Sim. Oechi MDCCCLVI. Unde queri amplius non poterit leviter tantum eandem Bovii Dissertationem a Concina excussam fuisse. (5) Epist. XXXVII. pag. 56.

se suis donec rediit, mon très Reverend Peere, à vous envoyer seulement deux exemplaires, qui moi restent, l'un relié, l'autre broché... Desque vous en aurez fait la lecture, aies la bonté de me communiquer vos observations. On y aura égard dans les éditions qui suivront; je suis persuadé qu'il s'en fera encore plus d'une. Cogitaverat idem P. Du Four Historiam Probabiliani & Rigorismi Gallico idiomate reddere. An versionem, qui manus admoveat, abolveret, mihi non exploratum. Erat tamen haec res maxime optanda, unde Galliciarius dignoscere suos quoque eoque fortissimos habere Italiani rectae morum doctrinae propugnatores, atque imperterritos Vindices.

C A P U T XXV.

De libris PP. Francisci Richelmy & Gasparis Gagne S. J. adversus Historiam Probabilismi, deque Concina in eandem Epistola.

Quum igitur *Leccii Bovique* scriptio- nem non nullum animos eorum consolarentur, qui Concinae Historiae adversabantur, alii eandem spartam ornandam susceperunt; Joannes scilicet Franciscus Richelmus, qui eadem de re jam infeliciter cum Petro Ballerino confixerat, & Gaspar Joseph Gagna. Hi duo libros non parvae molis Anno MDCCCLVI. evulgarunt, quavis anteriori anno editos frons eorum admoveat. Richelmus sic Opus suum inscripsit: *Saggio di avvertimenti sopra l'Opera del P. Concina intitolata: Della Storia del Probabilismo* ec. In Lubiana MDCCCLVI. Sed revera Venetiis apud Andream Poletti. Atque hic eodem fere modo se gessit, ac ceteri ejusdem loci, qui Concinaeam Historiam labefactare aggressi sunt; magni nempe momenti rebus dissimulatis plures adeo ridiculas, & ad nauseam repetitas animadversiones concegit, ut eundem cum *Santivulsi* comparare minime dubitaverim. Gagna vero hunc indidit libro suo titulum: *Lettere di Eugenio Apologista delle Dissertazioni della Storia del Probabilismo e del Rigorismo ad un Collega del P. Daniello Concina*. In A. Lubiana MDCCCLVI. Atque hic Gagna liber ceteris haectenus in Concinae editis mole major, subtilior etiam & captiosior est habitus, atque idoneus ad eos

decipiendos, qui in externo verborum cortice haerent. incredibili enim animositate, ac temulentia Concinae excipit, victorice semper, atque intrepide croccitat, cunctisque in subdium sui vocat artes, quibus levis mentis homines facillime capiuntur. Icontra, qui librum hunc apprime versantur, epulque vicera sunt perferunt, non modo decantatum ab Jesuitis in eo robur non invenerunt, sed etiam pejorem, ac debiliorem ceteris iudicant. Magni voluminis Opus in quatuordecim epistolas, totidem dialogis expressis, divitum est, in quibus loquens inducuntur Eugenius, qui Concinae personam gerit, Theopitus, Arcades, Epitopus, Reverendissimus Abbas, qui se *Archijesuitam* profiteretur, Canonicus, Vicarius Foraneus, Episcopi editus, Valerianus & Placidus praesbyteri, Regens Franciscanus, Carmelita duo, Clerici Regulares, Soma-schenfes, & alii una cum Seminarii Alum-norum turba, Comissarius eudam in Comitem iratae plaudentium Neve qui ad hanc comicam praesentationem delideraretur, munera etiam & potiones recreandis animis Gagna opportune introduxit, una cum musicis instrumentis alicuius similibus rebus, quibus callidi homines cum plurimum exultant & delectantur, tum desperatae causae patrocinium quarere solent. Adversus Richelmum & Gagnam scripsit Concina quatuor epistolas, quae manu exaratae in quibusdam Bibliothecis inveniuntur. In earum inscriptio: *Lettere di RR. PP. Richelmy & Gagna Autori delle due Opere intitolate Saggio di avvertimenti ec. e Lettere di Eugenio Apologista &c. contro la Storia del Probabilismo e del Rigorismo*. Harum epistolarum icipem exhibet *Pataxius* (1), qui etiam Concinaeam Historiam adversus hocce duo scriptores strenue vindicavit. Jesuitae fumis celebrantur laudibus Gagne epistolas, earumque praestantissimum ubique iactantur. Cumque hic Romam migrasset, illuc a Pontifice vocatum et Gallia Subalpina dixerunt eo quod de facie nosse hominem cuperet vehementer, qui tam egregie de Probabilismi Historia triumphaverat. Adeo nihil neglexerit, quo fabulis etiam confictis, famam scriptoribus suis conciliaret. Grata Societas Gagnam ad Provincialatus, ut dicunt, extulit honorem ac munus, qui tamen ob multiples aberrationes gradu quocun-

que desit, ac privati jure meritoque debuisset.

C A P U T XXVI.

Encyclicam Benedicti XIV. R. P. adversus fœnus illustrat, & Nicolai Broderickii, Scipionis Massii, aliorumque doctrinâ variis elucubrationibus convellit.

UT ingenti Concina Christianæ ethices veteris, saniorique illustranda, ac promovenda studio agebatur, ita pro re nata operam ad id suam semper impendit. Pervix Theologis hominibus sunt, non ex tantum concertationes, quæ inter scriptores Catholicæ civitatis existerent, sed illæ etiam, quæ inter Acatolicos, ac præcipue Jo: Cloppenburgium, & Claudium Salmasium de fœnore extiterit. Anno MDCCXIII. Nicolaus Broederickius Ultrajectinus, inter cæteras inscriptiones, de usuris licitis, & illicitis librum conscripsit, ac edidit, in quo pro viribus præter alia defendit: moderatum fœnus a pauperibus exactum adversari caritatis, fœcus vero, si a mercatoribus, aliique opulentis hominibus excipiatur. Marchio Scipio Massius, qui plura argumenta versavit, quæ intra hæc relinquere communi eruditorum judicio debuisset, quæ se multiplices eruditione, doctrinaque perpolitum ostenderet, hoc etiam argumenti genus pertractandum fuit in libro, quem Benedicto XIV. inscripsit, cuique titulum fecit: *Dell' impiego del Denaro*; in quo ut Broederickius erudit, pressiusque inhaereret, doctrinam ætius, ac placentia synopsis complexus est. Hinc Ultrajectini hominis opinionationes, quæ cum propter idioma, tum propter loci distantiam in Italia minus eruditæ vix erant comperte, Veronenis Equitis studio brevi notissimè cunctis evaserunt. Cujusdam demulæque vituperarent doctrinam & non immerito reprehenderent, *Benedictus XIV.* Pontifex vigilantissimus Anno MDCCXV. caelo conventu hujusmodi de fœnore controversias statuit expendere, & malo occurrere, quod immingere dicebatur. Hoc eodem anno Concina, post habitas in Basilica S. Petri quadragesimalis conciones, ad Pontificem, in Arce Gandulphi commorantem, accessit, uti supra etiam indigitavimus. Ibi vehementi laterum dolore vexatus est, proximeque ad mortem accessit. Qua occasione pleaque de repentino ejus morbo narrata sunt, quæ percellere non satis causâ esse arbitra-

mur; eo vel maxime quod brevi convalescit, cura præcipue Lepotti, Pontificis Archiatri celeberrimi. Hoc igitur in loco degens Pontificem conveniebat fœssissime, cumque illo de rebus, quæ maximo Ecclesie bono, atque utilitati fuissent, sermones habebat frequentissimos. Injecla de usuris commemoratione, Pontifex conventum doctorum virorum se cogere velle significavit, atque a Concina petere quemnam ex Societate Jesu, cujus Theologum unum illi interesse volebat, ipse legisset. Tum Concina sibi quammaxime idoneum fore P. Agidium Giali respondit, cujus mores atque doctrinam tota Romana Urbs jure meritoque prædicabat. Cumque Levizianis sibi opportunior videri P. Turanum dixisset, Pontifex, habita ratione etiam Concine commendationis, utramque, Turanum videlicet, ac Gium, delegit. Ergo Congregatio coacta est, ut ipse intersere ex purpuratis PP. Gentilis, Cavalechinus, Belsarius & Tamburinus; ex Presulibus ordine Arcivesciveris atque Malvetus; ex certibus vero Regularium Concina ipse, Sergius ex Piis Operariis, Blaenus Minorita, Gualtus ex Turanis S. J., Aloysius a Turri. Monachus Cassinensis, Orlandus ex Ordine Monachorum Cælestinorum, & Baldinus Cler. Somasch., quorum tres postremi Procuratoris Generalis officio apud suos fungebantur. Hac in Congregatione, cujus Historiam Concina in Commentariis retulit, Pontifex, atque Theologi doctrinam Massii ad trutinam revocant; indeque *Benedictus XIV.* Decretalem edidit Kalend. Novemb. A. MDCCXV., quæ incipit *Vix pervenit*, in qua fœcus omne damnavit, fœssitque Concina, ut eandem *Commentario* illustraret. Quem ubi consecisset, omniaque jam pro editione parasset, ab eo edendo sperfedere debuit, ita suadente Pontifice, quem Massiani nominis cultores Cardinalis Sylvius Valentis *Gonzaga*, Rivierus, alique exoraverant, ne Concini Commentarii sua voluntate concederet evulgationem. Interim Concina hoc tempore opere & labore frustratus Neapolim A. MDCCXVI. concessit ad conciones habendas in majori Ecclesia urbis celeberrime. Ibi damnum, quod Massii liber inferrebat, cognovit, viris doctis ac piis referentibus, eumque argentibus ad Massianæ doctrinæ consultationem. Hæsit aliquandiu Concina cum propter amicitiam, quam a multis annis cum eodem *Messio* in-

ignorat, tum propter ejus nomen, quod partim propriis meritis, partim vero & potissimum fautorum studio celeberrimum evaserat. Sed vicit tandem, ut vincere profecto debebat, amor veritatis. Itaque Neapoli confitens adversus *Messium*, epistole Neapolitanum *Broederickium* librum conscripsit, cui, ut regionis, in qua scribitur, utilior esset, Neapolitanæ Regni adhibet, eadem cuncta communicante Josepho *Cyrillo*, Jurisconsulto doctissimo, & Regalis potestatis defensor. Inde sub auspiciis splendidissimi Caroli *Borbonis*, tum Sicilia, nunc Hispaniarum Regis augustissimi, edidit cum hac epigraphæ: *Epistazione del Dogma, che la Chiesa propone a' ecclesiastici intorno all' usura, colla consultazione del libro intitolato: Dell' impiego del Denaro.* 4. In Napoli per Pietro Palumbo Anno MDCCXVI. Romam in rediit, quum *Massii* fautorum studia frugissent, ipse vero nunquam non vigilaret, Commentarii edendi facultatem assecutus est, eumque evulgavit sub ejusdem Pontificis patrocinio cum hoc titulo: *In Epistolam Encyclicam Benedicti XIV. adversus usuram Commentarius, quo illustrata doctrina Ca-*

tholica, Nicolai Broederickii & aliorum errorum desoluntur. 4. Romæ ex Typographia Palladis apud Nicol. & Marcum Falcariolos. Anno MDCCXVI. Commentarium hanc Concina, expostis in antecessum usurariæ hæreses origine, progressu atque incrementis, in tres dissertationes partitur. In prima Catholicæ doctrinæ capita, & quæ adversus errorem dogmaticum in Decretalis Epistolæ stabilita sunt, plana facit. In altera casuistica controverfice statum exponit, & potissimè adversus eos momenta percellit, qui Catholicum dogma adversus fœcus probantes, hoc confici ad libitum titulis reapte enervant, atque in nihilum redigunt. Tertiæ demum dissertatio tertiam partem Pontificæ Epistolæ continet interpretationem. Laudantur Commentarium hanc præter alios Viri doctissimi Thomas Antonius de *Ervaldis*, *Benedictus XIV.* ab episcopis latinis, etiam in Romano Archiepiscopo sacrorum Canonum Professor; & Jo: Laurentius *Berti* tum Bibliothecæ Anglicæ Præfexus, ac postmodum in Pisano Athenæo Historie Ecclesiasticæ Professor, & S. C. M. Theologus; quorum testimonia ineptus sum, si omissero (a). Eodem anno alterum adversus

- (1) *Thomas de Ervaldis in Commentarii censura*: Decretalem epistolam, qua Sanctissimus Pontifex *Benedictus XIV.* Catholicæ Ecclesiæ doctrinam adversus quæ de fœnore opinione irreperant, constabilivit, atque firmavit, & una simul prædentissimas, atque sanctissimas prescriptas regulas, quibus in contractibus aliique negotiationibus ab usura cavendum esset, commentatus est eruditissimus Vir *Daniel Concina*, ex Dominicana Familia, non tam lacrarum concionum laude, quam multipliciti librorum editione in litteraria Republica clarus. Hujus itaque privati Doctoris Commentarium cum inspererim, & quoad vires ferrent meæ, utraqueque scrutatus sum, tanta doctrinæ ferretum, tanta methodo, ac perpicacitate elucubratum inveni, ut mihi ipsum perferenti luculentissimè appareret nihil in hac læbrofa, & perdifficili materia potuisse melius a Pontifice Maximo definiri, nihil ab eodem prædentius omitti. Jo: Laur. *Berti* in *Censura pariter ejusdem Operis verba hæc sunt*: Theologicum Opus, cui titulus: *In Epistolam Encyclicam Benedicti XIV. Commentarius*, studio & cura eximii Viri P. Danielis *Concine* elaboratum summa animi jucunditate perlegi. . . . Egregius enim Auctor Thomicæ scholæ præfatus munus, & adversus lætiores opiniones Ilylam exercens, in id maxime incumbit, ut legentes non delectet tantum, veram etiam maximam illis afferat utilitatem; idque præsertim prælat in hoc eruditissimo Commentario, in quo consutat: *Nicolai Broederickii & aliorum* circa usuras patientem facilissimamque doctrinam; simulque occasione accepta exigata, atque ex Pontificæ Epistolæ inconcussis præceptionibus, & monitis celeberrimis oppugnat, quæ circa eandem materiam benigniores quidam Catholici nuper tradiderunt. Quapropter *Commentarium* hanc ego quidem (salvo meliori judicio) dignum arbitror, ut proferatur in lucem, tum ad redarguendam, revincendamque illorum perveritatem, qui pecunias, sive res alias dando mutuas, ipsiusque mutuum fœcus obtegendo, fœdissima usuræ labe inquinantur: tum ad omnes commovefaciendos in istrodulque, ut Sanctissimi etque ac Sapientissimi Pontificis Sacro-sanctas institutiones præ oculis habeant & custodiant. *Laudarunt hoc idem Opus homines libris editis clarissimi PP. Antonius Bremond, & Thomas Augustinus Ricchinius.*

fus usuram libram evulgavit, in quo demonstrare aggressus est, Contractum, quem *Tirano* vocant, usuraria lue infectum. Operis titulus hic est: *Usura Contractus Trini dissertationibus historico-Theologicis demonstrata adversus molliores ethices Casuistas, & Nicolaum Broderlosen... Accedunt Appendices duae ad Commentarium Angelicis adversus usuram.* 4. Romae ex Typographia Palladis apud Nicolaum & Marcum Palacianos An. MDCCXLI. Inscriptum est Angelo Mariae Cardinali *Quirino*, & quinque proluxas complectitur dissertationes, quas cum superiori Commentario in Encyclicam *Benedicti XIV.* edere decreverat: aliis tamen aliter sentientibus separatim ab illo vulgatae sunt. Quare mirum nemini videti debet, si ea incommoda inde conculcata sint, quae Operum divisionem sequi plerumque solent; ingens nimirum tedium & labor, atque earundem rerum repetitio (1). Cum vero in priore Commentario, & atque etiam praecipue in dissertatione V. modo recensitis Operis P. Viti *Pichler* Jesuitae, ac Professoris olim in Academia Ingoldstadiensis, qui usuram licet jure naturali ac divini vitam, alto tamen dominio Principum & consuetudinis vi licitam fieri posse docuerat, doctrinam oppugnasset, P. Franciscus *Zech*, Jesuita pariter atque in Academia illa Professor, vehementer excaudit, atque praedecessoris sui vindicias acturus, dissertationem *inauguralem*, verbis insolentissimis consanctam; scripsit, & Concinae maximam in invectivam vocare conatus est apud sui moxentem *Jo. Theodorum*, Cardinalem, & Episcopum Leodiensem. En dissertationis hujusce *inauguralis* inscriptio, quam addere poterunt Eruditi nove editioni *Charlottenvici* Eruditorem *Jo. Burchardi Menckeni*: *Rigor moderatus doctrinae Pontificae circa usuras a SS. D. N. Benedicto XIV. per Episcopum Encyclicam Episcopis Italiae traditus, ac Ingoldstadiensi Academiae constanti assertus.* Dissertatio I. *inauguralis sancti vigoris specimina exhibens, quam cum antiquis corollariis, Deo Auspice, annuente inclyto Collegio Juridico in eadem alma, & Catholica Breviarum Universitate Ingoldstadiensi, praeside F. Francisco Zech. S. I. S. Theologia,*

(1) Vid. Dissert. I. ejusd. Operis cap. I. §. XVIII. pag. 10.

(2) Praefat. ad Christianam Theologiam Cap. XI.

(3) Tom. I. Apparatus ad Christ. Theol.

(4) In lib. De Spectaculis Theatralibus Dissert. I. Cap. XIX. §. XIII. pag. 158.

(5) Dissert. III. Inaugurali §. 320.

& SS. Canonum Doctore, horumque Professor publico, & Juris Primario, post consueta rigoris examina, pro licentia summo in utroque jure honore consequendi, publicae concertationi subjecit Franciscus *Josephus Barth*, insignis Ecclesiae Collegiatae ad S. Cyriacum *Wisenstaige* Canon. Capit. III. Cand. Mensis Decembris a. MDCCXVII. Ingoldstadii Typis *Jo. Pauli Schlegel* Typographi Acad. Dissertationem hanc ex Bavaria ac perperam transmissam Concina accepit, & post gratias quammaximas liberali homini actas eandem breviter perstrinxit (2). Anno MDCCXIX. P. *Zech* II. edidit *Dissertationem Inauguralem*, in qua, quod sane ridiculum est, se ipsum in duas pariter personas: alteram nimirum P. *Pichleri*; alteram vero Professoris *Ingoldstadiensis*. Ut *Pichleri* discipulus Concinae mordet germano more, atque ejus doctrinam carpit; contra vero ut Professor *Ingoldstadiensis* eandem doctrinam cum ipso improbat ac refellit. Quod praeclearum inventum meritis Concina irrisit (3). Duabus hinc dissertationibus idem P. *Zech* tertiam adiecit, quae Concina non secus ac priores paucis perstrinxit (4). Inter cetera autem hujusce *Theologiae Professoris, & sacrorum Canonum Doctoris Publici & Juris Primarii* errata, unum crasum ac pingue non est praetermittendum. Ibi enim (5) Concinae reprehensus testimonio quodam, ex Constitutione *cxlii. Benedicti XIV.* delumpso, ac data *Venerabilis Patris Archiepiscopo S. Dominici in Insula Hispaniola*, Civitatem S. Dominici in Insula Hispaniola pro Dominicano Archiepiscopatu nescio quo enormiter accepit. Atque hac maxime congrua & accommodata ratione tam multiplices in re vulgatas inscriptiones Concina castigavit. Si enim cunctarum ab eodem separatim ratio habita fuisset, extremam nunquam imposuisset manum *Theologiae Christianae*, quae potissimum ejus Opus est, quaeque ipsi famam peperit nunquam interiturae. Antequam ad ea, quae hujusce *Theologiae* editionem conculcatae sunt, accedam, opusculum a Concina editum de positione indicæ, quam cocholatham vocant, jejuni tempore ulu, referendum est. Dum Anno MDCCXVIII. Romae concionaretur, atque

atque et publico suggestu jejuniu habuiss, quos inter immoderatam cocholathis abusu adnumeraverat, Christiana libertate damnata affecti per urbem disseminarunt. Concinae impudenter, atque nimis rigide docuisse, omnes indiscriminatim peccare mortaliter, qui jejuniu tempore potionem indicam degustassent. Ut ab hac calumnia se purgaret, atque Evangelicam, quam insinuerat, doctrinam confirmaret, altera luce ab eodem suggestu, maxima populi protulisse ingenio ore fatetur verba recitans, quae in priore concione ipsi rectus morum doctrinam zelus dictaverat. Verum cum ejusmodi sincera protestatio veluti doctrinae suae de potione cocholathis rejectio apud benigniores Theologos, eorumque affectus audiret, perque omnes urbes propagaretur, ne laxior de jejuniu doctrina ab gravitate viri & loci majestate, unde proditisse calumniola fama ferebatur, majores vires acquireret, latius consultum esse duxit praeco committere opusculum, cujus hic est titulus: *Memorie storiche sopra l'uso della Cioccolata in tempo di Diggiuno, esposte in una lettera a Monsig. Illustri, e Reverendiss. Arcivescovo N. N. In Venezia presso Simoni Occhi MDCCXLVIII.* Huic opusculo P. *Jacobus Savaitalis* libellum oppoluit sic inscriptum: *Memorie storiche contraposte alle Memorie storiche sull'uso del Cioccolato in giorno di diggiuno sine sui nomine, loci & Typographi.* Hoc sane opusculum miserimum jure appellavit *Joannes Lamius* (1) cujus judicio consensurus quotquot illud perlegerint, nullus dubito. Brevem, & urbanam repositionem *Savaitalis* ab Anonymo scriptore factam inter ad-

versaria nostra servamus, cujus titulum, qui hujusmodi est, placet exhibere: *Risposta offesiva alla scrittura dell'oppositore del Libro del P. Concina circa l'uso della cioccolata ec. Concinae gratulatum fuisse R. Pontificem & Cardinales octo ab editam modo recentiam lubricationem memorat hic Anonymus verus sinitum (2).*

CAPUT XXVII.

Sub auspiciis *Benedicti XIV. R. P. Theologiam Christianam publici juris facit.*

GRavis jam pridem, ac magna Concinae non incelebrata cura in tanta de Christiana morali copia librorum, licentiae hominum nimis frenata laxantium, Theologorum Opus elaborandi, quo calidior ethices cultioribus subditiu ferret, & graffanti laxitati, atque indulgentiae firmiter obtutulum opponeret, *Benedictus XII.* acerrimus ultimator ingeniorum, aliqui viri sane gravissimi, quibus ejus zelus, doctrina, fides, atque constantia erant perfectissima, ipsi jam sponte currenti galcaria addiderat ad id operis pericundum, ex quo integram Catholicis scholis obtenturam utilitatem sibi merito pollicebantur. Atque hoc quidem Opus, cui Concinae ante Annum MDCCXLI. manus admovisse comperio, celerius quidem abolivisset, nisi & sacris habendis concionibus, & adversariorum suorum telis, ac criminacionibus retundendis dilentus fuisset. Mirum sane culibet ejus labores consideranti videbatur, tam egregio atque insigni Operi inter frequentes assiduamque acerrimas procellas extremas manus imponere potuisse. Itaque Anno MDCCXLIX. editio Venetis cepta est, & MDCCCLI. absoluta XII. Tomis, ut vocant, in 4. cum hac inscriptio-

- ne:
(1) *Nouvelle Letterarie* MDCCXLIX. Pag. 643. E' stato stampato alla macchia un ciocco, insulso, & dispregievollissimo libretto contro l'Opera del P. Danieli Concina intorno alla cioccolata, se possa beverli in tempo di diggiuno ec. Il suo titolo è il seguente: *Memorie storiche ec.* stampato l'anno 1748. Non vi voleva fe non un Avvocato ignorante come quello, per difendere una causa spallata quanto quella, che si sostiene dagli irragionevoli amatori della cioccolata, acciochè si potesse dire dignum patella opusculum. Se il P. Concina avesse tutti gli Antigonisti di quella tempra, non avrebbe avuto di bisogno di lagnarsi col suo P. Generale di esser solo a difendere la dottrina, e gl' impegni di tutto l'Ordine; ma non avrebbe ancora avuta l'onorifica risposta, che in tanto non aveva altri ajuti, in quanto da se solo balzava contro tutti.
(2) Sua Santità medesima si è degnata di scrivere di proprio pugno benignissimamente al detto P. Concina una lettera (come pure hanno fatto lo stesso otto Eminentissimi Cardinali) di congratulazione, e commendazione, le quali lettere egli per modestia non vuol dare alla luce, quantunque pregato dagli amatori della verità, anche fuori della sua Religione.

ne: *Theologia Christiana Dogmatico-moralis. Auctore Fr. Daniele Concina O. P. A. Romae MDCCLXII.* Prostant Venetiis apud Simonem Occhi. Universum hoc Opus, quod integrum, abiectionum corpus complectitur morum doctrinam controversiarum, necnon omnium maximo *Benedicto XII.* inscriptum est; nec alteri profecto consecrandum erat, qui ipsum ad ingens, & profusum Opus abiectionum impulerat. Praefatio ad iustros Theologi Galeati capita XIV. completitur. In his de Christianae ethices dignitate, deque stylo, quo tractari debet, opportune, & fusiori calamo disserit. Cap. XIII. ejusd. Praefationis panegyris exhibetur *Inclyta Societas Jesu*, in qua auctor elogio satis multa in eam liberalissime concessit, eo nempe confilio, ut illis ora, si superis placuissent, obtraheret, qui ipsi animo malevolentia infuso, ac furore agitato Societatis scripturam placita castigasse calumniabantur, unde horum Parenti invidiam, atque infamiam consistere. Postremum denique caput piissimum ad *Christum Jesum* alloquio concluditur, ex quo uno haud obscure dignoscitur, qua mente, quoque proposito ad *Theologiam Christianam* conscribendam accesserit. Quoad universi Operis divisionem spectat, in IV. primis Tomis decem mandata Decalogi, in quinto vero quinque Ecclesiae praecepta versat atque illustrat. In sexto jus naturale & Gentium pertractat. In septimo difficillimas de iustitia & jure quaestiones resolvit. Nonum in explicando vindicandoque a Calumniam commentis Pœnitentiae Sacramento insinuat. Decimum tandem tractatus de tribus aliis Sacramentis, nimirum extrema Unctione, Ordine & Matrimonio compre-

(1) In *Theologia Morum P. Herman. Bulembaum ad trutinam revocata, atque edita Venetiis A. MDCCLX. apud Simonem Occhi. Pag. enim XII. Praefat. hac scribit: Verum hic silentio praetereundum non est P. Danieli Concina Ord. Prad. Obl. Viri integerrimus & Theologus laudae doctrinae & vastae eruditionis laude eximius, cuius ego laboribus valde viuis sum, cuiusque hoc meum qualemque Opus plurimum je debere profectur. Hic solida Theologia acerrimus assertor, ac imperterritus probabilium opinatorum malleus, multas graveque a suis adversariis vexationes, contumelias, calumnias passus est; sed eius gloriosum nomen ab Eulebio *Eravisse*, Theol. doctissimo, egregie defensionem, & jure illustratum, adeo his obcuratum non est, ut apud aequos rerum aestimatoris clarus emicet. Sed ille non tam laude, que eius dignitati aequalis reperiri vix potest, quam silentio & admiratione prolequendus est. Et pag. XVII. Animadversionum In *Pradromum*: Illi ergo ab omnibus attente legendi sunt, ac praesertim a Tyrionibus, qui ingenio ad dignoscendas fallaces a solidis doctrinas non valent ... *Concina*, qui XII. Tomis *Christianam Theologiam* factis, erudite, ac solide tractavit, innumerisque morales casus complexus, saniorum doctrinam*

pus celebravit (1). At infinitus, ut antea dixi, sermo habendus esset, si cum-avide nominis scriptoribus Concina tributas colligere in animo esset. Deinde in Gallias, atque Hispanias *Christiana Theologia* summam fortunam experta est,

ingenti Ecclesiae Catholicae utilitate. Aequae laudes a clari nominis scriptoribus Concina habenda sunt Viri praclarissimi *Henrici Henriquezii*, ad Hispaniarum Regem Nuncii Apostolici, epistolae, quas nos primo

nam contra dominantem laxitatem, & subtiles cavillationes, acerrime tutatus est. *Navata ab Francoza opera, & tributa Concina laudes adeo Jesuitis displicere, ut eorum unus sub levato nomine Irenaei Veneti in nova editione Theologia PP. Bulembaum, & Lacroix acria expolitionem ab Francoziam dederit, in qua Concina, ac Patuzium appellare non dubitavit* Scriptores per totam late litterarum Rempubliam ignominia notatos, pessimos dialecticos, calumniatores terribissimos &c. ut diximus in praefatione. *Animadvertere tamen placet P. Bulembaum Theologiam Moralem, cum additionibus P. Lacroix, & Supplemento P. Francisci Antonii Zachariae, denuo recusam A. MDCCLVIII. primo Tolosani, exin Burdigalensis Senatus iussu carnicis manu fuisse combustam, trimum panam Typographi Senatus iussu eidem ultra imprimere cogitasset. Adversus hanc sententiam a quadam impudenter episcopo evulgata, Parisiensis Senatus Decreto idem factum, quod Theologia Bulembaum &c., experia est. Reticule ergo, atque impetite prolixius gloriatur Literariae auctor Historiae, post Concina labores de nova Bulembaum editione captum fuisse in Italia consilium.* (1) *Ubaldo Mignonii Cl. Reg. Schol. Piar. S. R. M. Augusti III. Poloniarum Regis a sacris Consiliis, & in Aula Romana Promovevendum ad Episcopatum examinatore Theologi Noctium Sarmaticarum Vigiliis. Typis Brunsvigeribus Sac. Jesu & Varsaviensibus &c. Anno MDCCL. pag. 27. Ut florem hunc & delectum Morali scientiae, illamque auream mediocritatem inter extrema tuiorem aequam, Ecclesiae leges a sacris olim Conventibus late, simulque Theologorum momenta expandantur. Et ne forte magno scribentium agmine rerumque mole obruere, ubi, utraque confereudo, iudicium feras, etsi multi sunt, & graves hujusce ordinis duces, quos equidem sic honoravit sapientiae fama, ut quodam quasi oracula suspiciantur, unam & alterum in medium proferam, meo iudicio caurios, ut quam minimis intervallis haec tam longa, & perdifficilis peregrinatio contineatur. Thoma igitur *Aquinai*, qui primas deferunt quotquot Theologica cujusvis generis tradunt; cum quo collati ceteri omnes quintae classis omnimode videri possunt, Daniele *Concinam*, qui nuper explanationibus totam hanc disciplinam mirabiliter illustravit, & *Genetium Galorum Antistitem*, Canonum eruditione, & sententiarum maturitate gravissimum, aut si quos alios ejusdem notae, & centuria Viri maleris consecutaneos adungere, ut viam faciant, mihi maxime probaretur. Alter Theologorum curriculum premit, alter canones, severiorem scilicet disciplinam, quae ex illo penu depromitur, confectatur. Sic alter alterum temperabit. Et canonicæ severitatis iusta, Theologica ratiocinatione miscet, & Theologica ratiocinatione plus aliquando sophistica, & peracta, libramento quodam adhibito, ab Ecclesiae regulis, & institutis non ita procul abicedit. Quod si quis limis oculis haec tua studia respexerit, id enim commune mortallium est philautia laborare, si me audis, minimum fatagas. Effraena & corrupta morum licentia perique abripiuntur, palpari amant, blandique attraheri. Quare is magistris conviventibus magis libentibus assident, & aggregantur, quam aliis longe doctissimis, qui deploratis vulneribus manus adhibent peritiores. O te beatum ter & quater, si jure possit de te praedicare, quod *Seneca* gloriabatur: *Quae ego scio, summum ille philosophus dicebat, non probat populus, quae probat populus ego nescio.* (ep. 29.) Tu vero egregie de re Christiana merebere, si hanc docendi viam virtutum patienter insiteris, illudque efficies, ut qui tibi dant operam adiores de omni lato, consilio totius vite sapienter iudicent; haud optima quaeque rati, quae magno assensu recepta sunt, sed quae magis momenti valent. Alterum quippe est ad similitudinem vivere, quod est pecudis; alterum ad rationem, quod est hominis in aperto, & peripica veri luce versantis.*

mo evulgamus (1). Arque huic ampliffima merita inter purpuratos Patres cooptatus mo, ac piffimum viro, qui deinceps obegre-
 est, & Ravennæ cum Pontificia potestate

(1) *Epist. XXIV. pag. 49. XXVIII. pag. 58. XL. pag. 65. XLII. pag. 70. Quia verores nimis longa fuisset cunctas publici iuris facere piffimus, doctiffimique Cardinalis epistolas, ideo harum aliquot fragmenta tantum heic exhibemus, relectis pluribus, qui PP. Societatis admodum displicent.*

Non saprei dirle quanto mi abbian rapito i due primi Tomi della *Teologia Cristiana*: ho detto, e dico tutto giorno, che desidererei l'alternino di tutti gli altri libri di Morale per restar questo solo: onde attendo con vera smanìa i seguenti Qui le Opere di V. P. M. R. corrono per le mani di tutti, e le veggio citate in vari libri de Spagnuoli, usciti in questi ultimi anni: sebbene quattro quinti de' nostri Casisti sieno Probabilisti, e lassivi, pure le suddette son piaciute, e la dottrina in particolare del digiuno è stata nobilmente epofa in questo idioma da un certo Padre Rodriguez Cillerencien: che siccome egli è insigne Medico, così contro alla facilità delle dispense cita tutti gli antichi, e moderni Medici, e tratta la materia da fondamenti in modo, da far credere nulle almeno due terzi delle dispense, che si accordano Già si sono commessi vari corpi della *Teologia Cristiana*; onde forse si divulgherà prima in Ispagna, che in Germania, ed in Francia: massime se fosse presto pubblicato tutto il resto dell'Opera. Non perda di grazia dunque tempo: lasci ogni altra occupazione fino alla totale perfezione di questa, che darà a te un Paradiso centuplicato per la salvezza che otterrà a tant'altri. Le calunnie, le ingiurie, le cabale cessaranno, e si dilegneranno; ed in tanto insensibilmente cadrà il torbido regno del Probabilismo, con ritornare in vigore la santa e vera morale de' primi secoli della Chiesa ec. *Madrid 27. Gennaio 1750.*

Sappia che qui si van leggendo i primi quattro Tomi della *Teologia Cristiana*. Non avrei creduto mai che dovesset tanto piacere. I Domenicani, ed i Scolopi ne han già fatto commettere 200. corpi: poi ne verranno col tempo altre centinaja; già che credo che qui sarà fuor di modo applaudita, e forse ancora fuor di modo impugnata. In una parola sarà di gran giuovamento, e spero che per essa si scemerà di molto il fermento probabilistico ec. *Madrid 17. Marzo 1750.*

Finora ognuno che legge i primi Tomi, ne rimane egualmente rapito e persuaso. I più non vi trovano nè poco nè molto di rigorismo: qualcuno trova duro quelle tre oncie di collazione, ed è lasciato la deliziosa bevanda della Cioccolata. Ma quelle non tolgono il gran vantaggio della sana dottrina nelle cose più essenziali ec. *Branyuez 26. Maggio 1750.*

Qui sono usciti di fresco vari libri, ma tutti in idioma spagnuolo, per la retta osservanza de' Diplomi Pontifici nel Digiuno. I suoi trattati vi son citati per tutto ec. *Madrid 1. Settembre 1750.*

In Madrid i Tomi della *Teologia Cristiana* passan dalle mani di uno in quelle d'un altro. Non si può dire quanto piacciono, e sieno applauditi, e fin taluno fe ne mostra estatico, e rapito. In varie Città di questi Regni son capitati i primi tre Tomi: nè sò fin ora che abbiano oppositori. Non saprei dire a V. P. M. R. quanto io ne goda, considerando il gran profitto spirituale, che ne verrà ai fedeli: non si potea scrivere con maggior solidità, con più valla erudizione, con accorgimento, e prudenza incomparabile, e quel che più piace, con una certa unzione che penetra fino alle midolle. Così qui i buoni aspettano con impazienza tutta l'Opera ec. *Madrid 23. Febbrajo 1751.*

Sento le tempeste, calunnie, persecuzioni, che soffre per la causa di Dio, cioè per la *Teologia Cristiana*. Spero che presto tutto si calmerà. Qui uomini di tanta vita, ed in particolare il Padre Maestro Puga, e l'attuale Priore di Valverde (Religioso canonizzabile, e doctissimo) pregano Dio *gemibus inenarrabilibus* per la detta causa ec. *Madrid 28. Settembre. 1751.*

Tomo a dirle quel che già le significai in altre mie, che è incredibile ed inenarrabile l'applauso che riscuotono in Ispagna, e singolarmente nel Regno di Valenza, le sue Opere.

presuit, tum *Theologia Christiana*, tum cæterorum Concina Operum in Hispaniarum Regnis validissimis propagatio debetur. Hic sane superatis difficultatibus, quas plurimi insecerant, vanisque terroribus ex Hispanorum Bibliopolarum, qui *Christianam Theologiam* prohibendam fore otolorum hominum vobis capti crederent, animo depulsis, egestisque effectit, ut brevi tota Hispania Conciniis libris abundaret, cum antea propter exemplarum caritatem incredibili fere pretio vendenderentur (1). Memoriam proditum est P. Ravagum, Jesuitam Hispaniarum Regi a Confessionibus, uno *Christiane Theologie* cursum in Hispania fisteret, rem Romanæ Aulæ injurias perentasse. Sualit videlicet Regi e re sua esse, ac Regno valde proficuum fore, si clericis beneficia in Hispania confereretur; ea namque Romæ eos pierumque accipere, qui morum doctrinaque omnis vacui sunt; idque in magnam Ecclesiarum Hispaniæ perniciem vergere. Quod & si speciem aliquam zeli, ac veritatis videretur præferre, eo tamen erat ab callidissimo homine consilio dictum, atque tentatum, ut ablati Sedi Apostolicæ beneficiorum quorundam in iis Regnis conferendorum auctoritate, ea deinde ad ipsius locorumque ejus arbitrium distribuerentur: qua ampla potiti facultate gregiariorum militum numerum augere poterant, eoque, spe premii, a *Christiane Theologie*, aliorumque librorum, qui ipsorum palato non saperent, lectione avocare. Hoc Ravagi tentamen non aulin ego pro certo ponere, cum ab iis mandatum litteris sit, quorum est inimicus atque infensus animus in Societatem Jesu comperitus. Alia tamen in *Christianam Theologiam* P. Ravagus molitus est, quæ certa atque explorata cum sint, a me sine erroris formidine narabantur. Cæterum quæ hæcenus PP. Societatis in hoc Theologicum

maximumque Opus excogitarunt, nec minimum aut dignitati ejus, aut nomini, quod ingens ex eo auctor collegit, poterunt efficere; tantumque profecto abest, ut tot criminationes, atque censura sane innumerabiles, obcurare Concina nomen, aut doctrinam possint, ut contra multum splendoris, & gloriae sit potius asserant, certiffimumque & ampliffimum sint illius præstantis testimonium. Spectabitur profecto summum Opus tanquam laboriorum Casistarum malleus, & fatum, semperque ad illud Ecclesiastica doctrinae perfidiosi confugiant, unde aut arma adversus indociles corruptæ doctrinae magistros accipiant, aut patioris ethices rivulos confectentur. Quæ tamen omnia non ea sunt a me sententia, consilioque dicta, quasi omnia, quæ Concina scripsit aut perfecta esse putem, aut tanta esse legitibus persuadere velim. Neminem lateat magnos scriptores labi aliquando, & oneri cadere, ac indulgere ingeniorum suorum voluptati. Neque enim temper intendant animam, & nonnumquam fatigantur. Summi enim sunt, homines tamen. Id unam me nec injuria Concinae adherere, ac vindicare arbitror posse. *Theologiam Christianam* inter illustros avi nostri Theologorum sectus fore sentendam, maximeque Ecclesie Catholice ad utilitatem atque subsidium, nostris præsertim moribus, atque temporibus, quibus mirum in modum prolapsa, atque a loco defecta ius sanctorum doctrina, licentia, atque opinandi libertas ita invaluerat, ut omnium opus, atque ingenio refrænanda, ac coercenda videretur. Quæ cum ante oculos obverarentur multorum, paciffimi tamen adinventi sunt, qui tanta Casistarum turbæ sese opponere auli sint, eorumque paradoxa, atque portentosa, auribus inaudita temporibus, palam castigare, ac relutare, quemadmodum Concina fecisse

(G 2) qui-

Opere. Tutti gridano contro il Padre Llobet per averne fatto venire un sì limitato numero di corpi. Ad altri Librai ne son pur giunti degli altri, che si vendono fino ad una doppia d'oro il Tomo. Si domandano tutte le Opere di lei a qualunque prezzo. Due clemplari delle lettere più che Provinciali che ho preso di me, vanno in giro per queste Provincie ec. *Branyuez 20. Giugno 1752.*
 Non si può dire quanto bene qui facciano le sue Opere, e quanto universalmente sieno gradite, ed approvate: il P. Llobet suo vero appassionato, gliene scriverà molto; ma dirà sempre meno del vero Prego V. P. a far copiare, e rivedere *quam citius* il suo Compendio della *Teologia Christiana*, e a farlo stampare più che sollecitamente, poichè farà gran bene nel Cristianesimo; e massime in queste Provincie ec. *Madrid 17. Aprile 1753.*

(1) *Epist. modo recensita. A. MDCCII. 20. Junii.*

quavis fitebitur, qui vel unicam ejusdem pagellam perlegere ac salutare voluerit. Sed de Opere, quod nec laudibus cretere nostris poterit, nec indiget, nimis multa videtur dixisse. Quae contra plerique protulerunt, cum a *Patuzio* egregie refutata sint, non desiderant orationem, aut vindictas meas. Animadvertente tamen placet incepte omnino, atque imperite Hieronymum *Taravertum*, Scipionem *Massejum*, aliosque ipsi similes, qui nec in praefatio albo Theologorum habiti sunt, nec habebuntur unquam, ex pauculis non latis castigati concipitis, nec ad criticam severiorem exactis, occasionem fuisse tantopere declamandi adversus *Theologiam Christianam*, ejusque auctorem tanquam hominem obelae naris traduxisse. Est profecto iniqua in omni re aculanda, praetermissis bonis, malorum enumeratio, vitorumque lesio. Hisce vero, ut arbitror, in *Theologia Christiana* laudem dicitis, antequam ejus fatum atque fortunam memorem, sermonem hoc loci instituant de praestantissimis *Episcopis Theologico-moralibus*, quarum duo volumina, eo Theologico Opere sub praelo fundente, singulari profus divinae Providentiae consilio, in lucem prodierunt. Iis namque Concinae nomen, quod dissipari mirum in modum coepert, illustratum est, & veritas, quae oppressa credebatur, egregie vindicata.

CAPUT XXVIII.

Adversus Concinae afores Epistolas Theologico-morales scripti P. Jo. Vincentius Patuzius sub nomine Eusebii Eranitii.

ANNO MDCCCLVIII. P. Jacobus *Savini* talis libellum edidit in vulgus quidem exiguum, sed odii acerbitate, fide maledicendi licentia adeo immanem, ut tantum ignis, ac ferocitatis in homine exaltatae atatis, atque jam jam supremi judicis conspectum subituro, extitisse omnes summo admirentur. En libelli *Luce* editi inscriptio: *Raccolta di molte proposizioni estratte dalla Storia del Probabilismo, e Rigorismo, impugnate come opposte al vero.* At habuerat duces ipse, & quidem maximo quos lequeretur, quorumque aspera, atque amarulenta vestigia premeret. Praevertant ipsi P. *Hercules Montius*, infamis auctor *Palinodiae* & alii, quorum jam a nobis mentio est habita. Hisce scriptioibus

ferre nihil Concinae reposuerat, partim adversariorum gratia, ac potentia praepeditus, partim vero quod iis unice sui personam laecerari, ac dissipari viri humillimus nosset, ac letaretur. At vero quamquam ea maledictorum fors sit, ut in eximia, ac singulari dignitate hominem iacta sua sponte extinguantur, ac veluti refrigerentur, quemadmodum ignis in aquam coniectus; fuerant tamen ea calliditate atque arte in eum sparsa, ut ejus adversarii ultra speciem benignos lectores auditoresque se nanciscere conspicerent; atque brevi Concinae summam in invidiam esse adducendum secum ipsi gestirent. Accedente libellis editis contumeliosa eorumdem jugique vociferatione levior in eum concepta rabies, quam laxioris ethices nimis incedebat amor, ita demum exarserat, ut pene multi in exitium virum furere viderentur. In compitis, & circulis cuncta in ipsum collata maledicta; non illa quidem nobilioris speciei, sed et trivis, ac fornicibus desumpta. Insidiae erant ubique stratae, & calumniae quam appositissime ad veritatis imaginem confictae. Quae quidem primam domos nobilium, aliorumque exinde ejusvis generis multorum hominum circumlatz celebrataeque sermonibus quippe quas partim in detentis postibus, partim adversariorum exquisitum artificium excitabat) ad Romanae Ecclesiae Proceres, aliosque saeculi Principes pervenerant. Vulgus, ut est pluma & folio levis, quemvis puto cum gaudio & sacro pulspito dicentem, aliaque pietatis opera exequentem conplexerat, repente contemnere, & excrari acerbis in dies coepit. Plerique vero licet magna ex parte fictas criminationes putarent, tamen rati subesse profecto necio quid, sanioris ethices vindicandae studio coniectum, quod tante invidiae flammam foveret, vel immutata, vel labefactata in eum penitus voluntate ferebantur; atque, ut uno verbo multa complectar, tanta erant Concinae nominis execratio, ut in plerisque Civitatibus, in iisque praecipue, in quibus PP. Societatis summa rerum potiuntur, horrenti multi ad tanti viri memoriam, pauci vero vix tacita admirumuratione audent ejus nomen in aures insulsiurare, ne in ad Concinae nominis status, & famae pessima conditio. Tanto in discrimine, quo veritatis, atque Christianae doctrinae sectatores trepidare, atque timere fere cogebantur, D.

O. M.,

O. M., qui veritatem oppugnari quidem, expugnari vero nunquam sinit, eam egregis viris mentem iniecit, ut, dum Concinae Ecclesiae ulteriolem navaret operam, ipsi veri partes susciperent, & Christianam ethicam toti scriptioibus, vocabulque pulsantur fulcineret, ac Concinae praclarum illius adhaerentem vindicarent. His tamen Apologitis palmam praeripuisse vilis est P. Jo. Vincentius *Patuzius*, qui multa ac magna quae ad juvandam Ecclesiam Concinae praestiterat, atque aggregi impofterum meditabatur, mente ac cogitatione complexus, veritusque ne si quid suspitionis incommoda, aut si qua dedecoris nota ipsi adhaerere, vel omnes ipsius conatus irritos redderet, vel magnum ceteris pro Dei Ecclesiae agendis rebus impedimentum afferret, causam ejus & patrocinium suscipere constituit. Itaque ejus adversariorum artium apprime gnarus, instruitque iis omnibus, quae ad solidam absolutamque conficiendam apologiam requirebantur, bonis plane avibus conscripsit evulgavitque sexdecim epistolas, quibus, ut aliorum magis quam suo indulgeret genio, hunc titulum indidit: *Lettere Teologico-morali di Eusebio Eranite all'Autore della Raccolta delle molte proposizioni ec. In difesa dell'istoria del Probabilismo del P. Daniello Concina: in 8. Tom. II. In Trento (Venetiis apud Sim. Occhi mpcclx.).* Momentanea in Praefatione recenset quos pernotus Concinae vindicias aggressus est; idque tam ibidem tum alibi adeo diligenter & vere exsequitur, ut nemo sanus ipsum, aut Concinae ultra protracti certaminis incausa possit. *Savini* autem praeter ceteris constantium susceperit, quod pervicax hic senex cum pauca admodum & tenui suo promere posset, omnia convicia, maledicta, atque momenta si qua tamen expiscari potuit, a locis suis accepit. Quare optime *Patuzius* hunc praeter ceteris castigavit; cujus confutatione ceteri quoque uno ictu cecidissent. Ubi tamen causae ratio postulare visa est, nominatum etiam *Ghetium*, *Gagnam* aliosque confutavit, quo nullum relinqueretur effugium Concinae adversariis. Harum epistolarum dignitatem ac pondus agnovere quotquot praedictis vacui sunt homines, agnoverunt & Jesuita ipsi, qui amarissime earum evulgationem pertulerunt. Sane ea doctorum hominum lententia est; nihil in hoc genere, post celeberrimas *Blasii Peshalis* epistolas, politius ac solidius prodiisse. Elucet ubique

firmissima doctrinae supellex, mira rerum Theologiarum, atque Casuillarum eruditio, admirabilis propemodum ratiocinatio, quae adversariis Concinae insequitur, & in delationem adducit. Cunque ab apologeticis hujus generis libris modesta atque urbanitas longius abesse propemodum hac nostra etate soleant, ita Concinae vindicias egit *Patuzius*, ut de stylo, deque scriptioibus ratione queri non nisi injuria possint, qui mollioris ethices magistros paulo asperioribus verbis tractari aegre ferunt. Ceterum tanto bonorum plausu ex excepta epistola sunt, ut gratias supremo Numini maximas plerique egerint, quod talem tantumque virum adeo opportuno tempore excitasset. Ego certe quamvis Concinae ingenium, ejusque Opera post viros celeberrimos maxime suscipiam, arbitror tamen ne dum opportunas, immo maxime necessarias fuisse *Patuzii* epistolas, ne Christiana ethice, tam multiplicibus impertia scriptioibus, apud minus doctos tantis cavillationibus atque trivis succubuisse videretur. Est enim multa adversus Concinae PP. Societatis scriptioes profecto miserrime essent, illorumque causa proderent aperitissimam desperationem, erant tamen nonnulla quae plurimos deceperant, ex eorum utique numero, qui aut ingenio ad fallacias, ac philosophata dignoscenda non valent, aut utriusque certaminis partis momenta aqua lance librare dedignantur, aut denique quorum mens mirabilis artificio ita fuerat insulcata, ut pendeas emulati omnia adversus Concinae scripta tanquam verissima praedicarent. Ita sane quorundam opusculorum pondus, si quod in ipsis reperiebatur, jugi auctorum commendatione erit auctum per quacunque partes, & eorum falsitas, a nemine eo, quo necesse erit, modo patefacta accepit. Quare optime *Patuzius* hunc praeter ceteris castigavit, iure quodammodo supra polcherrimum veri naturam erigere, caputque extollere videbatur. Mala feres, non in Concinae tantum, quam in ejus univertum Ordinem parabat, nisi statim *Patuzius* accursisset ad incorruptae ethices dogmata, quae semper Praedicatorum Familiae consociata est, sustinenda, atque vindicanda. Hinc singulari profus commendatione, atque laude talis tantumque vir ab tam clara, deque Ecclesiae meritiissima Familia prosequendus est. Ac quemadmodum olim celebratus est, & nunc etiam vir essetur *Thomas Lemsius*, qui in celeberrimis Congre-

gregationibus de *Divina Gratia auxiliis* tutissimam verissimamque doctrinam SS. Augustini & Thomæ egregie defendit in magno totius orbis Theatro, ita *Patazzii* memoria annuum honore excipienda est, in curiosissimis de *Probabilitate* conce-
 nis faniorem, atque castigatiorum doctrinam admirabili perpicacitate, doctrina, ingenio, atque eruditione ita tutatus est, ut latis magnifice ostenderit vetus illud in Ordine Predicatorum pro recta ethice pugnantium studium, nec sopiri temporibus, nec extingui unquam posse. Quare singulari Dei Providentiæ id maxime tribuendum est, Concina vero non inter postremas laudes ponendum, quod in magno nominis, doctrinæque discrimine talis tantulque iurexerit apogitista. Quæ viri celeberrimi in harum epistolularum auctorum elogio proteruntur, notissima sunt, nec opus esse videretur, ut in his recitandis ipse laborem. Multorum laudibus hoc ipse adjectum; jam non amplius præ Italiam queri ut antea posse, neque tam aperte Gallie *Palschali* Epistolæ invadere. Habet enim jam, siquidem famis oculis uti vult, in *Patazzii* epistolis quidquid gratiæ, lepore, elegantie, eruditio-
 nis in *Palschali* tanopere deminatur. Hominem habet sine livore & doctrinæ suspitione innocui hominis causam agentem, & firmam probatamque doctrinam eximia metho-
 do, atque nervosa oratione ubique proponentem. Ita laceratum crudeliter Concina nomen celeberrimi apogitiste hujus clamur cepit exurgere, & fugatis nebulis, depulsi-
 que aliquot nigrioribus maculis vividius quam antea coruscare. Atqui, quod maxi-
 mi faciendum est, ii, qui captiosissimis scriptio-
 nibus decepti a Concina callidis discesserant, veritati luminibus in eadem denuo fe-
 recerunt, & Concina nomen atque do-

ctrinam magno deinceps in pretio habue-
 runt. Quia vero *Patazzii* præcipuus scopus erat, *Probabilissimi*, ac *Rigorissimi Historiam* tutari, ejusque integram, atque inconcussam monstrare fidem, hinc in id ingenii omnes nervos ita intendit, ut, plane de Concina adversariis triumphasse quivis fateri debeat, qui, studio partium sepositio, edita in utramque partem conferre scripta voluerit. Hæc sane una omnium Eruditorum vox fuit, ubi *Erasmii* epistolæ prodierunt in lucem; quemadmodum etiam indicat epigram-
 ma non ignobile, quod per id temporis vulgatum est (1). Jesuitæ autem sicuti editos a Concina in sui vindictas libros resel-
 lere, & carpere cogitabant quotidie, ita insignis hujusce apogitiste epistolæ, in quibus grande robur non poterant non agnoscere, exultatione deicere primum pertentarent, in publicis Gymnasialis aliique locis exalta-
 mando eisdem *ex Diaboli officina* prodissile (2), aliaque blaterando, quo evidentissime demonstrarent, quam vehementes esset eorum dolor, quamque ægre ferrent cunctorum in eas epistolæ suffragia eruditorum. Magistratus inde adversus eandem armarunt, ut a saculi Principibus favore obtinerent, quod assequi ab Ecclesiasticis iudicibus ratione non poterant; curarunt scilicet illarum suppressio-
 nem; nec omnimode frustra, quamvis per breve admodum temporis spatium, atque unica in urbe voti sint compotes facti (3). Postremo ubi se his parum proficere cognoverunt, eas quaquaverlum exagitate ad-
 nihil sunt infelicissimo eventu. Horum conatu-
 rum historiam alium in locum transferam, ac modo eorum narrationem complectar, quæ iidem homines in *Christianam Theologiam*, & tentamine omnium maximo, moliti sunt pari successu.

C A

(1) In laudem A. R. P. Pii Vincentii Patuzzi, qui defendendam suscipit Historiam Probabilissimi.

Ut Jesuitarum strenue maledicta retundas,
 Fallaque peripicue, que vomuere, probes;
 Tam bene, *Patazzi*, trachas, tam fortiter arma,
 Quam bene tractari, ac fortiter arma queunt:
 Scilicet expugnas *Vitalem*, *Gagneaque* Patres,
 Se quoque confossum *Gheius* ipse dolet.
 Confodis atque alios pugnantem *Concina* contra,
 Historici faciens scripta pugnare magis,
 Sic perhibent clare doctorum corda virorum;
 Nam te pugnantem gloria certa manet.

(2) Vid. Pag. XXX. Prefat. Tomi III. Epistolularum Theologico-moralium *Enselii* Erasmi Edit. A. MDCCCLIII. (3) *Loco mox cit.*

C A P U T XXIX.

P. Ignatius Vicecomes Præpositus Generalis S. I. Theologiæ christianæ damnationem a Benedicto XIV. frustra perentat. Vulgatur hæc de re nunc primum PP. Societatis & Danielis Concinae scriptio.

EX jam dictis satis apertum atque clarum puto, qua acie mentis, quæve diligentia cunctas Concinae lucubrations spectarent, atque perpenderent PP. Societatis, unde auctori aut peilem aliquam aut invidiam constarent. Evulgata *Theologia Christiana* argentius in id operis incubuere, & sedula jurgice cura eam ceperunt excutere, sualque in exitum Opus animadversiones evulgare quaquaverlum. Partes has (quod ridiculum plane visum est Theologis hominibus) sibi sumit cum primis P. Franciscus Antonius *Zacharia*, qui in sua *Litteraria Historia*, quam non inepte quidam *Diogenis Canem* appellarunt, nihil omisit, quo operis dignitas, & auctori detraheret (1). Alii exinde operam eandem navarunt uti dicemus; & hodierna etiam luce, quavis arrepta occasione, criticen suam in eandem exercent. At postquam octo hujusce *Christiana Theologie* volumina edita fuissent, eaque magno contemptum, animadversionibus quidvis aliud quam Theologum sapientibus, Reipublicæ nuntiaisset *Litterariae Auctoris Historiæ*, IX. tandem volumen a Concina vulgatum est. In hoc autem quum demonstraret ipse P. Franciscus *Suarez*, celeberrimum S. J. Theologum Exhologesim per epistolæ, cen probabilem opinionem judicasse, mirum dictum quam exarierit odio, qui *Christianam Theologiam* jam cibrandam susceperant. Audi hinc eorum conatus & studia. Hoc unum eorum diligentie atque critica severitatis argumentum fuerit, quod ne typographicus quidem erratis, que vitari vix possunt, perpercerit, eaque inepte sane in Operis auctorem tanquam gravissima capita delictorum conjecerit. Ex toto inde entis, tantoque examine collectam levitatum, & mendaciorum sarcinam, post inauguratum totius Societatis Præsidem P. Ignatium *Vicentium* (quod quidem contigit die 4. Julii

Anno MDCCCLII.) Generali Societatis Congregationi obtulere, unde Conscripti Patres, quid e re Societatis foret, decernerent. Hi magno perpulo volamine, atque non tam hujus, quam factorum & procerum ratione habitis, dignum studiis suis, dienum initio novi Præfatis Magistratus facinus judicaverunt, totum negotium ad *Benedictum XIV.* sapientissimum Pontificem deferre, cunctasque adhibere artes, quæ *Christiana Theologia*, qua grave vulnus Societatis scriptoribus jactabatur insiditum, optatissimam prescriptionem assequerentur; atque ita uno ihu Concina nomen doctrinamque crudeliter, invidiæ summa proliherent. Tam grande ergo volumen, in quo ultra peccata ccc. sibi collegisse videbantur, miratus Præfatus Societatis, audistisque fervidissimis Conscriptorum Patrum votis, ac precibus, post varias multasque, ut in gravi rei negotio visum erat, habitas sessiones, suppositis locis suis, quos *Adhesentes* vocant, ad majorem Societatis ostendam Pontifici majestatem atque potentiam, oblati totius Societatis Nominis supplici libello, in ingens discrimen *Christianam Theologiam*, ejusque Auctorem Concina magno apparatu, artificioso vocavit. In hoc autem libello postulabat Pontifici Præfatus Societatis, ut Theologos legentes, qui multiples Concinae aberrationes, atque peccata ab le animadveria cum *Christiana Theologia* conferrent, atque inspicere num prolicribenda foret, quemadmodum ardentissime tota Societas flagitabat. Pontifex, ipso inspecto volumine, *rem difficilem*, inquit, *postulatis*; exactam nimirum tantarum rerum collationem. Suade-
 re propterea eos cepit, hortarique consultius esse: ingens illud censuratum volumine *Theologie Christianæ* tomis opponere, ac typis vulgare: quod si fecissent, le postea utrique parti silentium indiciturum. At Præfatus Societatis, qui majora petebat, veritus, ne si hoc perageretur, ingenti periculo ac damno paterent suorum artes atque mendacia, restitit Pontifici omnino, eumque ab hac cogitatione atque consilio avocare conatus est. Pontifex ergo consilium sui auribus minime pronis exceptum videns, (quod jam procul dubio suspicatus fuerat) ut celeberrimæ Societatis votis aliqua ex parte satisfacere-

(1) Tom. II. Hist. Litter. pag. 49. & seq. tum in aliis ejusd. Hist. Tomis. P. Zachariam castigavit primo P. Patuzzius cum in epist. ad Amicum. S. cxv. & seq. tum in aliis epistol. Theologico-moralibus; atque præcipue in Observationibus Litterariis adves. eand. Hist. ut suo loco dicemus.